



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Davidis Regii Prophetae Psalterivm

Moritz <Hessen, Landgraf>

Smalcaldiae, 1593

VD16 B 3258

Psalmvs CXXXV. Laudate nomen Domini, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

PSALMVS CXXXIII.

Ecce quām bonum & quām &c.

Quām bona, quām suauis res est cōcordia frā
Quā nihil in vita dulcius esse potest: (trū,
Est ea balsameus, stillans de vertice, succus:
Aronis barbam qui rigat atq; togam.
Hac benē confertur gelido cum rore Sionis,
Qualem deiiciunt Hermonis alta iuga.
Sic equidem Dominus fortunat pace ligatos,
Atq; videre diu postera secla facit.

PSALMVS CXXXIII.

Ecce nunc benedicite Domino, &c.

Ecce Deū, famuli vos, tollite laudibus, omnes,
Qui sacrosancta statis in aude Dei.
In Domini templis extendite brachia vestra,
In Domini laudem tangite fila Lyrae.
Sicuti munificus fautor de monte Sione,
Qui cœlum, terram, condidit, atq; mare.

PSALMVS CXXXV.

Laudate nōmen Domini, &c.

Laudat

LAUDIBUS EXIMIIS DIVINUM EXTOLLITE NOMEN,
IDQ_S DEI SERUOS CONCELEBRARE IUVET.
VOS, QUIBUS INIUNCTUM EST SACRA INSTATIONE MORA-
ET STARE IN DOMINI NOCTE DIEQ_S DOMO. (ri,
PERPETUO QUONIAM BONUS EST, LAUDATE IEHOUAM,
LAUDIBUS ORNARE EST NOMINA DULCE DEI.
ELEGIT SIBI NAMQ_S DEUS CUM PROLE IACOBUM,
ISACIAM GENTEM PROQ_S PECULIO HABET.
Quis neget, hunc Dominū ferri super omnia mag-
Hunc præter nullū viuere in orbe Deū? (nū?
Omnia quæ voluit, cum conderet, omnia fecit,
Quæ mare, quæ cœlum, terra, et abyssus habet.
Qui solet è terris subducere in aëra nubes,
Fulgura cum pluviis mittere quiq_S solet.
Excitat Æoliis rapidum qui flumen ab antris,
Colligere ut nubes hasq_S fugare queat.
Qui Pharia primogenita in regione neciuit,
Interimens homines, & pecorum omne genus.
In regno qui, Ægypte, tuo miraculatanta
Edidit, ut tremerent Rex populusq_S metu.
Qui multos populos truculento Marte cecidit,
Dans magnos reges, magnanimosq_S neci.
In primis Oggum validum, vastumq_S Seona,

Hic

Hic Amoreus erat, Rex fuit ille Basan.
Qui, quotquot gentes Chanania regna habuerunt,
Tot dedit Isacidis iure tenenda suis.
Hinc tua per cunctas celebrantur nomina terras,
Hinc tua perpetuo est laus memoranda; Deg.
Iusticia ipse suum populum iudex reget aquus,
Ioua suos seruos propitiusq; reget.
Ex auro gentes fingunt idola prophana,
Atq; manu argentum fingitur artifice.
Blandula labra rubent, sine voce villaq; loquela:
Sunt oculi cassi lumine, visu, acie.
Sunt aures patulae, sed non audire valentes:
Viuficus nunquam spiritus ora mouet.
Talia qui faciunt, inq; his solatia ponunt,
Sunt horum similes, corde animoq; leues.
Tu domus Israel, Dominum laudato potentem,
Hunc & Aaronis concelebrato domus.
Vos, quibus incumbit sacrorum cura, Leuitae,
Laudibus innumeris tollite in alta Deum.
Et qui syncero clementem corde timetis,
Laudibus assiduis munera ferte Deo.
Qui Solyma sedem sibi legit in urbe, Iehoua,
Perpetuam laudem ex arce Sionis habet.

PSAL-